



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

III. Günzel und Heinrich, Grafen von Schwerin und Graf Nicolaus von Halland schenken dem Johanniter-Orden zur Comthurei Werben Gülstorf in Mecklenburg, i. J. 1217.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

Ottonis marchionis, Hermannis comitis, Henrici canonici ecclesie beati Mauricii magdeburgensis, Athelberti, Theodorici et Bernhardi comitum, obtuli deo sanctoque iohanni baptiste ad xenodochium in ierosolimis de hereditate mea ecclesiam quandam in uilla Wirbene super ripam albis fluminis cum omnibus attinentiis et usibus suis absque decima, Itemque sex mansos Hollandrensis dimensionis in uilla \*) quatinus quicquid exinde utilitatis nunc et in posterum prouenire poterit, libere pauperibus in memorato xenodochio commorantibus annuatim administraretur. Ut autem hec nostra largicio rata et inconuulsa permaneat facti huius memoriam presenti scripto assignari et sigilli nostri impressione placuit confirmari. Actum anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup> Epacta XI<sup>a</sup>. Concurrente V<sup>o</sup> Indictione VIII<sup>a</sup>. Regnante Friderico romanorum imperatore semper augusto et Odelrico uenerabili episcopo halberstadeni ecclesie presidente feliciter amen. Testes autem huius rei fuerunt Walo havelbergenis episcopus, arnoldus abbas ecclesie sancti iohannis baptiste in Magdeburg, Hazeko decanus maioris ecclesie, Wernherus comes de veltheim, Conradus de Saltwidele, Burchardus urbanus comes in ciuitate magdeburg, Burchardus comes de valkensten, Waltherus de arnsten, Badericus comes.

Die Abdrücke dieser Urkunde in Lenz Stifteh. v. Havelberg S. 104. Beckmann, enucl. 4. Buchh. IV, 4. Gerken's Cod. V. 72; Beckmann's Besch. V, I, VIII, sind sämmtlich fehlerhaft.

## II. Die Grafen Günzel und Heinrich von Schwerin schenken dem Johanniter-Orden das Dorf Goddin und das Pfarrgut Eiren in Mecklenburg, der Zeit nach um 1200.

Guncelinus, comes in Zuerin, et frater eius Henricus dilectis fratribus hospitalaribus sancti Iohannis in Ierosolyma — Villam — Godin cum omnibus attinentiis suis et cum omni iure, preter iudicia sanguinis, vniuersam quoque dotem, ecclesie in Ekeffen olim assignatam, pro remedio et salute anime nostre et animarum patris, matris et fratrum nostrorum eo uidelicet tenore uobis contulimus, ut predicti agri et eorum cultores a communi seruitio, quod ad construendam urbem uel ad reparandum pontem debetur, et ab omni exactione, preter eam, quam terre defensio poscit, liberi maneant et exempti. Testes autem hi aderant Swithelmus, Geroldus de Ekeffen, Godefridus de Triberge, Switherus, Fridericus, Gifelbertus, Fridericus Hafencob. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>.

Orig. im Joh. Dedens-Archiv und darnach richtig abgedruckt von Lisch in den Meckl. Jahrb. I, 200. Fehlerhafte Abdrücke in Ludewig Reliqu. IX, 496 und Buchholz Gesch. IV, 43.

Anm. Das Jahr ist offenbar im Original verschrieben oder die Angabe desselben vielmehr unvollendet geblieben. Daß die Schenkung aber zur Johanniter-Comthurei Werben ursprünglich gemacht worden, muß daraus geschlossen werden, daß es eine andere Comthurei des Ordens in diesen Gegenden damals noch nicht gab, daher auch die übrigen Bestimmungen, welche der Johanniter-Orden, namentlich 1217 in Mecklenburg erlangte, der Comthurei Werben beigelegt wurden.

## III. Günzel und Heinrich, Grafen von Schwerin und Graf Nicolaus von Halland schenken dem Johanniter-Orden zur Comthurei Werben Sülstorf in Mecklenburg, i. J. 1217.

— Ego Gonzelinus, ego Henricus, fratres et comites in Zwerin, ego Nicolaus, comes in Halant, cum coniugibus nostris, — Contulimus — hospitali transmarino, quod in

honore sancti baptiste Christi beatis ipsius Christi pauperibus dedicatum nouimus asylum, villam, que dicitur Szulowe cum suis attinentibus, videlicet agris, pratis et nemoribus, idem beneficium tali libertate fulcientes, ne quis ex eo decimam, censum, exactionem aut aliquid talium deinceps audeat extorquere: omnem namque iusticiam tam aduocati quam cuiuslibet alterius iudicis et quidquid solet uerfari circa id, quod uulgus uocare consuevit Recht et Unrecht, predictae domui plenarie contulimus cum uibus primitiuis. Hec autem ad tytulum et utilitatem hospitalis supradicti Heinrico, procuratori curie in Werben, que ad idem pertinet hospitale, et Jacobo confratri eiusdem curie et sacerdoti ceterisque confratribus ibidem constitutis et eorum successoribus procuranda contradidimus in perpetuum et percipienda in eadem libertate et eisdem terminis, quos predestinaueramus teuthonicis ibidem cultoribus a nobis constituendis. Hiis autem statutis testimonium ueritatis perhibent non solum sigilla sed etiam uiri fideles, uidelicet Magister Apollus de Zwerin, Hermannus tunc notarius, Dapifer regis Dacie, Dapifer comitis de Halant, Geuhardus miles de Luneburg, Johannes uexillifer, Constantinus dapifer et alii quam plures. Datum Zwerin, anno dominice incarnationis MCCXVII.

Nach dem im Joh. Archive befindlichen Originale richtig abgedruckt von Lisch in den Meckl. Jahrb. I, 201. Fehlerhaft in Buchholz Geschichte IV, 57.

#### IV. Graf Heinrich von Schwerin schenkt dem Johanniter-Orden zur Comthurei Werben das Dorf Moraz in Mecklenburg, am 23. Juni 1227.

— ego Henricus, Dei gr. comes in Zwerin — de consensu vxoris mee Margarete et heredum meorum Guncelini et Helmoldi, villam, que dicitur Moraz, hospitali Sancti Johannis baptiste deuota mente partim contulimus partim vendidimus XXX<sup>ta</sup> scilicet marcis argenti cum omnibus attinenciis — decernentes vt predictae possessionis coloni sint exempti ab expedicione, petitione, borghwerc et brucwerc, lantwerc et ceteris seruiciis, ad que populus terre tenetur. Et ut plenius eis super hijs prospiciamus, terminos sic expedimus, ut ad riuum Zutne et ad riuum Jaznize et ad aliam plagam versus riuum, qui tranfit stagnum, et ad riuum, qui tranfit versus Cyrcowe et inde usque Zulow inde usque ad terminos Lubitz, inde ad terminos ville Radeftowe, sine omni contradictione optineant. Adiecimus hijs de consensu predictorum heredum nostrorum XXX<sup>a</sup>. uncias anguillarum in lacunari, quod dicitur Honwische. Verum ne a quoquam heredum nostrorum aut quocunq;ue hominum nostra oblacio irritari valeat et reuocari, donacione sollempniter facta fratrem Henricum de Werbene in possessionem misimus. Et ut omne dubium siue scrupulum caueamus in posterum, domini Brunwardi Zwerinensis Episcopi hanc firmari promouimus et presentem nostram paginam sigilli nostri inpressione roboratam eis porreximus, Eorumque nomina, qui hijs interfuerunt, consequenter fecimus annotari: primo dominus Brunwardus episcopus de Zwerin, ego Henricus donator qui et recognitor, dominus Johannes abbas in Lubeke, dominus Fredericus prior ibidem, dominus Fredericus prepositus frater comitis, dominus Cono capellanus comitis et dominus Gefico notarius comitis, Petrus sacerdos in Raceborgh; Layci dominus Bertoldus de Veleberghe, dominus Fredericus de Eueringe, Alardus Badelake, advocatus Reinboldus, dominus Bernardus de Mafenthorp, Arnoldus de Werbene, dominus Engelko de Tribbo, dominus Henricus de Stralendorp. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. in